

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Supplementum omnium eorum, quae in veteri Breviario
Einsidlensi desiderantur quaeque per Novissimam Bullam
Clementis XII [...] sub regula s. P. Benedicti in tota
Germania militantibus die Nov. 1787 ...**

Klemens <XII., Papst>

[Ettenheimmünster], 1738

Ianuarus

[urn:nbn:de:bsz:31-120349](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-120349)

PROPRIUM
SANCTORUM.

19.

Januarius.

Die 2. Januarii In Octava S. Stephani

In II. Vesp: dicitur R. br. Constitues eos, ut
in I. Vesp: de Comuni Aposto.

Dominica II. post Epiphani:

Hac Dominica celebratur festum SS. Nominis est nomen tuum
IESU, quod in Veteri Breviario Parte Hyem:

habetur f. CCXXXV. Sed in I. Nocturno Prima Antiphona
Rubrica: " Quando hoc festum (quod est dupl. primus incipitur

" 2. Claf:) occurrit in Dominica Septuagesimæ, mirum:

" transfertur in diem 28. Ianuarii. Quoniam eleva-

" De Officio autem Dominicæ II. post Epiph: ta est magnificen-

" anticipativè fit, prout notatum est in Rubrica an-

" te Dom: I. post Epiph:

" Post Orationem festi fit comm: Dominicæ II.

" post Epiph: in utrisq; Vesp: et Laud: cum 12. lect: de ead; Die II. mo Januarij

Die 14. Januarii. Vide pag 39.

S. Petri Urséoli Conf. dup.

Omnia de Comuni Conf: non P. præter sequentia:

In Hymno Iste Confessor, dicitur: Meruit
supremas, Oratio.

Deus, qui beatum Petrum Venetorū Ducem
cœlesti Regno terrenum postponere docuisti:
da nobis, quæsumus, eius intercessione et
exemplo terrena despiciere; atque æterna
sectari. Per Dominum.

Pro Comm: S. Felicis Presb: et Mart:

Oratio.

Concede quæsumus, omnipotens Deus; ut
ad meliorem vitam Sanctorum tuorū exempla
nos provocent: quatenus quorum solemnia co-
limus, etiam actus imitemur. Per Dñm.

In I. Nocturno.

¶ Absolutio:

Ipsi pietas

Benedictio:

Deus Pater om-
nipotens.

¶ Lectiones de Scriptura occurrente.

In II. Nocturno

¶ Lectio V.

Petrus cognomento Urséolus, primaria
ex Ursonum gente in Rivoalto apud

Ianuarus.

21.

Venetos ortus, Christianis virtutibus claruit; quarum fama anno Christi Domini septuagesimo sexto supra nongentesimum Petro Candiâno quarto, una omnium voce, invitus tamen susceptus est. Ad summum fastigium euectus publicam administrationem à pijs operibus auspiciari voluit; etenim Sancti Marci Evangelistæ ædem, quæ unâ cum Prætorio sub decessore conflagraverat, de suo instauravit. Domi verò partâ forisq̄ gloriâ, rempublicam singulari sapientiâ gerens, omnia ad religionem, comunemq̄ utilitatem referebat. Quin etiam ex Felicia coniuge suscepta Prole, paribus cum ea votis perpetuam Deo cas-

titatem dicavit. Pium Ducis propositu
 divinitus auxit Venetias appulsus
 beati Marci Evangelistæ exuvias ve-
 neraturus Guarinus Abbas coenobii
 Sancti Michaëlis Ordinis sancti Be-
 nedicti Cuxani in comitatu Rusci-
 nonensi; Ducem namque pietati assi-
 duè vacantem coram miratus, ac de
 gloria æterna cum eo collocutus, auc-
 tor ei fuit, ut si perfectior esse vellet,
 mundum relinquens Deo in Monaste-
 rio servire festinaret.

Rx. Honestum fecit illum Dominus,
 et custodivit eum ab inimicis, et à se-
 ductoribus tutavit illum: * Et dedit
 illi claritatem æternam. N. Iustum
 deduxit Dnus per vias rectas, et of-

tendit illi regnum Dei. *Et dedit.

Benedict. Christus perpetua p.

Lectio VI.

Spatio ad res suas componendas accepto, Guarinum, quem animæ suæ lucratores vocabat, infra certum tempus ad se reversurum dimittit, qui negotiis suis absolutis, Venetias ad Ducem iterum se contulit. Post alterum itaque annum in Ducatu completum, præter Guarinum, sancto Romualdo, et Marino, qui vitam solitariam in illis partibus agebant, nec non Ioanne Mauroceno genero suo, atque Ioanne Gradonico simul comitantibus, Patriam, et domo relictis discessit; ipsoque Agasone simulante, ne ab exploratoribus agnosceretur Veronam, mediâque Longobardiam om-

nes elapsi, in Galliam deducti sunt.

℞. Amavit eum Dominus et ornavit eum, stolam gloriæ induit eum. * Et ad portas paradisi coronavit eum. γ. Induit eum Dominus loriam fidei, et ornavit eum. * Et ad portas. Bened. Ignem sui amoris.

Lectio VII.

Monasterio Cuxani se proximum sentiens, nudis pedibus reliquum iter confecit; ibi omnium admiratione susceptus monasticæ disciplinæ Professionem cum Gradonico, et Mauroceno inter Novitios amplexus vilia quæque munia obire cœpit, biennicque evoluto factus est Sacrorum ædituus, et Custos. Arcioris exinde solitudinis desiderio ductus, cellu-

lam, quæ vix sedendo, et iacendo
sufficeret, non longè à Monasterio
sibi ædificari obtinuit: ubi in ieiu-
niis, oratione, et labore manuum sanc-
tius se exercere consuevit.

R. Iste homo perfecit omnia,
quæ locutus est ei Deus, et dixit
ad eum: ingredi in requiem
meam, * Quia te vidi iustum
coram me ex omnibus gentibus.

V. Iste est, qui contempsit vitam
mundi, et pervenit ad cœlestia
Regna. * Quia te.

Benedictio. A cunctis vitis et peccatis.

Lectio VIII.

A Petro filio visitatus, Ducatū
ei, quem ipso superstite consecutus

est, ac fausta vaticinatus, monitū
 addidit, ne unquam à iustitia de-
 flecteret, sanctisque Christi Ec-
 clesiis sua jura servaret. Tan-
 dem cū annos undeviginti eximia
 pietate, continuoque pœnitentiæ
 studio in monachatu transegisset,
 ætatis sexagesimo nono Deo reve-
 lante, proximæ suæ dormitionis
 præsciens, die decima Ianuarii
 Anno reparatæ salutis nongen-
 tesimo nonagesimo septimo in-
 cinere, et cilicio iacens, pace so-
 dalibus tributâ inter illorum
 amplexus migravit ad Do-
 minum, coelestem eius gloriam.

variis prodigijs postea contestantibus. Corpus in Ecclesia Monasterii servatum in Ara ad eius honorem dicata, piâ populorum frequentia colitur. Sanctitate hinc ritè probata, Clemens duodecimus Pontifex Maximus festum decimo nono Kalendas februarias celebrari concessit; pauloque post Crus dexterum Venetis solemnibus supplicatione totius reipublicæ in sui Principis venerationem effusæ, in ædem Sancti Marci translatum est.

Rx. Desiderium animæ eius tribuisti ei Domine: * Et voluntate labiorum eius non fraudasti eum.

* Vitam petūt à te, et tribuisti
ei Domine. * Et voluntate. Glo-
ria Patri. * Et voluntate.

In III. Noct.

Homil: S. Hieronymi in Evangel:
Ecce nos reliquimus. de Comuni
abbatum.

Lectio 12. pro S. Felice ut in Vet.
Brev: die 14. Janu:

Die 15. Ianuarii.

In festo S. Mauri Abb: 2. Cl.

Omnia ut in Vet Brev: notantur.

In III. Nocturno: Homil: in Evangel.
Math: Domine si tu es in Vet: Br:
fol: CCXIX.

Vide
pag. 393.

Die 18. Ianuar: vide pag. 393.

In Festo Cathedræ S. Petri

Romæ. Dup.

Omnia ut in ~~Vet: Brev:~~ excepto R. br.

Ianuarus.

29.

~~qua~~ in I. Vesperis, quod est. Elegit
eum Dnus, ut in I. Vesp. Conf: Pont.

In II. Vesp. X.

ut in I. Vesp.

Jus Petras

Die 19. Ianuarii

In festo S. Agathonis Pap.

et Conf: Dupl:

In Hymno: Meruit supremos.

Oratio.

Pateant aures misericordiae tuae Do-
mine precibus supplicantium: et con-
tinuis tribulationibus laborantes,
intercedente beato Agathone Con-
fessore tuo, atque Pontifice, propi-
tius respirare concede. Per Domi-
num.

Absolutio: Ipsius pietas.

Benedic: Deus Pater omnipotens.

In II. Noct: Lect: V.

Agatho natione Sículus sub Paren-
tum cura probè excultus, eum pie-
tatis fructum tulit, ut illis mortuis

Statim congestas in unum locum facultates die uno pauperibus distribuerit. Deinde sancti Patris Benedicti institutum Panormi in Monasterio sancti Hermetis amplexus, totum se divino cultui dedit. In eo interdium, ac noctu animo semper intentus, caelestia meditabatur, et Dei munere tot edidit miracula, ut Thaumaturgi nomen acceperit. Defuncto Dono Romano Pontifice cunctis suffragiis ei successit Agatho, qui ob summam humanitatem, eximiū animi candorem, singularēmq; morum suavitatem, et comitatē, atq; alias naturæ, et gratiæ dotes ita comparatus erat, ut ad supremam illam dignitatem gerendam natus,

Januarius.

31.

Seu factus esse videretur.

℞. Inveni David servum meum
oleo sancto meo unxi eum: * Manu
enim mea auxiliabitur ei. ✕. Nihil
proficiet inimicus in eo, et filius ini-
quitate non nocebit ei. * Manus.

Lectio VI. ^{Benedic: Chr̄us perpetua}

Acceptis à Constantino Pogonato lit-
teris ad Donum prædecessorem scrip-
tis pro convocando concilio Œcume-
nico ad diuturnum schisma tollen-
dum, et definiendas fidei contro-
versias, provinciales synodos in Occi-
dente haberi curavit, in quibus Mo-
nothelitarum causa discuteretur, et
damnarentur errores. Postea Le-
gatos suos, et Concilii Romani misit
Constantinópolis cum binis literis

ad Imperatorem, in quibus prædictâ
 hæresi, doctè, fusè, ac solidè refu-
 tatâ damnatisque primariis illius
 sectatoribus, Sergio scilicet, Cyro,
 Paulo, Pyrrho, Petro, et aliis, ante-
 cessores suos Romanos Pontifices ab
 omni erroris labe immunes hucusq;
 fuisse expressis verbis declaravit.

℞. Posui adiutorium super poten-
 tem, et exaltavi electum de plebe
 mea: * Manus enim mea auxilia-
 bitur ei. &. Inveni David servum
 meum, oleo sancto meo unxi eum.

* Manus enim. Bened. Ignem sui amoris p.

Lect VII.

Agathónis igitur auctoritate sexta
 Synodus generalis congregata est,
 in qua iidem errores, iidemque er-
 rantes damnati fuerunt, eiusque sy-

nodica Epistola, ceu ex ore Sancti
 Petri prolata, suscepta est à Patribus.
 Ortâ in Britannica Ecclesia dissensio-
 ne, cum ob alias causas, tum Wilfri-
 di Eboracensis ~~Episcopi~~ Archiepisco-
 pi factam contra Canones depositio-
 nem, Ioannem Abbatem Sancti Mar-
 tini misit in Britanniam, ut Eccle-
 siæ illius negotia componeret, et
 Wilfridum à sede Apostolica suæ dig-
 nitati restitutum iuaret. Tantæ
 quoque mansuetudinis, et humani-
 tatis fuit, ut neminem à se unquã
 tristem dimiserit: tantâque præter-
 eà sanctitate effulsit, ut leprosum
 obviam factum osculo suo statim li-
 beraverit.

R. Iste est, qui ante Deum mag-
 nas virtutes operatus est, et omnis

terra doctrinâ eius repleta est: * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. ✠. Iste est, qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad coelestia regna. * Ipse.

Benedictio:

A cunctis vitis,

Leet: VIII.

Ea tempestate urbem Romanam adeo perniciofa, et gravis adorta est pestis, ut loca undique repleta cadaveribus vix suppeterent. Ad hæc nocturna prodigia terruerant; nam multi cacodæmonem venâbulo domorum ostia ferientem se animadvertisse affirmarunt, et quot ille ictibus cuiusque domus ostium percussisset, tot ex illa homines postmodum perisse. His calamitatibus modus, divinâ ope implorata, appositus

fuit; nam coelesti oraculo proditum est, pestilentiam non ante extinguendam, quàm in œde sancti Petri ad vincula ara inclyto Christi Martyri et Ecclesiae defensori sancto Sebastiano erigeretur. Unde ab Agathone oraculi iussu impleto, subito morbus elanguit. Hinc factum: ut, qui in eum morbum inciderent, Martyrem ipsum in vota vocarent, atque praesentissimam eius opem saepissimè in toto orbe experirentur. Demum Sanctissimus Pontifex virtutibus et meritis cumulatus migravit in coelum nonagenario maior, quarto idus Januarii, anno salutis sexcentésimo, octogesimo secundo, cum annis duobus, et sex mensibus sedisset.

Rx. Iustum deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei, et de-

36.

Ianuarius

dit illi scientiam Sanctorum: * Honestavit illum in laboribus suis. * Custodivit eum ab inimicis, et à seductoribus tutavit illum. * Honestavit illū. Gloria. * Honestavit.

In III. Noct: Homo peregrè. Lectio 12.
de SS. Mariæ p. ut in Vet: Brev: ^{de seq. com. p. ara. sum. epel.}

Die 21. Ianuarii.

In festo S. Meinradi Mart:
duplex.

Oratio.

Præsta quæsumus omnipotens Deus;
ut qui beati Meinradi Martyris tui
natalitia colimus: intercessione eius
in tui nominis amore roboremur: Per
Dominum.

Lectioes primi Noct: de Scriptura occur.

Absolut: Ipsi
pietas et mileric.
Bened: Deus
Pater omni-
potens p.

In II. Noct: Lect: V.

Meinradus, ex nobili genere in Ale=

mannia natus ab ineunte ætate hu- h. s. lat. fund. nome.
 manis, divinisque literis instructus,
 Christianis virtutibus adeò profecit,
 ut quintum et vicesimum annum agens
 ad sacrum Diaconatûs ordinem, nec
 multò post ad Sacerdotû dignitatem
 provehi mereretur. Mox sancti Be-
 nedicti habitu indutus, monasticæ dis-
 ciplinæ se totum addixit. Divini fa-
 mulatûs, ac religiosi instituti studio ma-
 gis magisque flagrans, assiduis ieiu-
 niis, non intermissis orationibus, cre-
 bris vigiliis, cæterisque corporis afflic-
 tionibus sub levi, ac suavi obedi-
 tiæ iugo se exercens, sodales ad per-
 fectæ vitæ rationem servandam suo
 exemplo inflammabat.

Rx. Honestum fecit illum Dominus
 et custodivit eum ab inimicis, et à se-

ductoribus tutavit illum: * Et dedit
illi claritatem æternam. N. Descen-
ditque cum illo in foveam, et in vinculis
non dereliquit eum. * Et dedit.

Leet: VI. ^{Bened: Chr̄us perpetua,}

Verum rigidiorē vivendi formā sec-
tari cupiens, qua liberius uni Deo va-
caret, in Eremum secessit, ibique annis
septem victu quidem asperam, sed iucun-
dam divinarum rerum contemplatione vi-
tam duxit. Hominum autem, ob sancti-
tatis famam ad se venientium frequen-
tiam effugere adactus, aliamque sibi se-
dem quærens, planitiem quamdam inter
montes incultam, accessuque difficilem
reperit: ubi parvā exstructā casā, quod
reliquum erat ætatis in paupertate, et
asperitate summa peregit, tantum medi-
tationibus deditus. Hoc autem iugi pie-

tatis officio armatus, facile elusit graves
dæmonum oppugnationes, quorum conatus,
coelesti fultus ope, nunquam deinceps sen-
sit infestus.

R. Desiderium animæ eius tribuisti ei
Domine: * Et voluntate labiorum eius non
fraudasti eum. V. Quoniam præuenisti
eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti
in capite eius coronam de lapide pre-
tioso. * Et voluntate. Bened: Ignem sui amoris
Lect: VII.

Sex igitur et viginti annis in erêmo sanc-
tè transactis, homines quidam scelesti, dia-
bolo impellente, de ipso interficiendo cogi-
tant. De quo vir sanctus divinitus edoc-
tus, ad Martyrii palmam religiosè se
præparat: sacroque Missæ Sacrificio per-
acto, et ardentissimis inde fufis ad Deum
precibus, crudelibus ministris obviàm

Serenâ fronte occurrit. Mox ab iis circum suras sævissimè cæsus; tum eius capite graviter fuste percusso, emittens Spiritum immortalitatis coronam adeptus est.

℞. Stola iucunditatis induit eum Dominus: * Et coronam pulchritudinis posuit super caput eius. ℞. Cibavit illum Dominus pane vitæ et intellectus: et aquâ sapientiæ salutaris potavit illum. * Et coronam.

Bened: A cunctis vitiis, et

Lect: VIII.

Quàm grata autem Deo fuerit hæc victima, nonnulla miracula comprobarunt. Cereus enim, ut fertur, ad eius caput ardens mirificè apparuit; ac locus, in quo corpus iacebat, suavissimo odore completus est, impicæ cædis auctoribus propè diem vivis igne combustis. Porrò corpus Sancti Meinradi ad cœnobium, in quo mo-

nasticam vitam professus fuerat, delatū,
 ibidem honorifico sepulchro conditū est.
 Aliquot verò post annis nobile Monaste-
 rium in Martyrū loco erectum fuit, quod
 hodieque ínclytam Martyris memoriam
 retinens, ædiculâ Virginis Deiparæ, di-
 vinitus consecratâ multis, magnisque mi-
 raculis universo terrarum orbi venera-
 bili nobilitatur.

Rx. Posuisti Domine, super caput eius
 coronam de lapide pretioso: * Vitam pe-
 tit à te, et tribuisti ei in sæculum sæcu-
 li. V. Desiderium animæ eius tribuisti ei,
 et voluntate labiorum eius non fraudas-
 ti eum. * Vitam petiit. Gloria. * Vitam.

In III. Noct: si quis vult post me venire.
 in Vet: Br: f: xliii.

Die 25. Ianuarii

In Conversione S. Pauli omnia ut in Vet:
 Brev: excepta hac Rubrica: " Si hoc festum

23. Despons. M. M. hyl. in
 in h. M. co. p. it. in m. m.
 h. d. e. i. d. d. l. o. n. e. m. e. r.
 v. m. d. e. o. m. c. e. p. d. i. h. u. t.
 in h. m. j. n. 2. v. o. m. f. q.

„ Conversionis S. Pauli venerit in Domini-
 „ ca Sexagesimæ, Oratio Dominica in
 „ Comemoratione facienda ad utraque Ves-
 „ peras et Laudes non mutatur, licet in
 „ ea nominetur antonomastice S. Paulus.

27. S. Jo. chryst. fl.
 de eccl. hier. dicit quod
 de festo in quod
 sequitur. est. ut in
 brev.

NB. ~~Hæc Rubrica intelligenda est de locis
 in quibus prædictum festum celebratur
 sub ritu i. Classis.~~

Die 30. Ianuar:

In Festo S. Adeelmi Abb. dupl:

NB. Hoc festum
 deest in Brev. min:
 ideoque etiam extra-
 hendum.

In Veteri Brev: f: cciv. Omnia ut tibi, ex-
 ceptis lectionibus i. Noct: quæ in Novo Brev:
 assignantur: Iustus si morte p de Comuni
 Conf: non Pont:

FEBRUARIUS.

Die 3. Februar:

S. Blasii Ep: et Mart. dup.

2 Feb
 Brev. min. Dupl
 de die in brev
 prædicta dum quæ fest
 de. post die fest. fide

Oratio ut in Vet: Brev: In I. Noct. Lect:
 de Scriptura occurrente.